

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Paupertas af
cum fonte primo

Panem et aquam natura desiderat.
Nemo ad hec pauper est intra que
quisquis desiderium suum clausit
cum ipso Ioue de felicitate contendat.

Seneca epistola XXV.

Aut gratuitum est quo egemus, aut vile:
panem et aquam natura desiderat.
Nemo ad haec pauper est, intra quae
quisquis desiderium suum clusit,
cum ipso Ioue de felicitate contendat,
ut ait Epicurus, cuius aliquam vocem
huic epistulae involvam.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 25, 4 (L. Reynolds
ed., vol.1, p.73, ll.15-19).